


2.1 UMK
Toruń

Biblioteka

443387




Viro
Illustrissimo et Doctissimo
H. Bogusz

Procuratori Tribunalis Liberae L^egⁱet^y
Cracoviensis

affit

Aucto^r



DE
JURE FISCI.

DE

10RE PAGE

10RE PAGE

39

DE
JURE FISCI
SECUNDUM LEGES ROMANAS, REGNI POLONIAE ATQUE
LIBERAE CIVITATIS CRACOVIENSIS
DISSERTATIO INAUGURALIS
JURIDICA
QUAM
JUSTU ET AUCTORITATE
GRATIOSI JURE CONSULTORUM ORDINIS
IN
UNIVERSITATE LITERARTA
JAGELLONICA

pro
SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS

RITE CAPESSENDIS

PUBLICE DEFENSURUS EST

SIMON SAMELSON

2. 11. Februarii.

TYPIS D. E. FRIEDELEIN.

1837.

DE
JURE FISCI
DISSEMINATIO UNIVERSITATIS
URBICIA

12
DE JURE FISCI
DISSEMINATIO UNIVERSITATIS
URBICIA
AD INGENDAS

13
SUEVICI IN LIBRARIIS TOTI MONSTRABUS

443387



K. 1608/n

PARENTIBUS
OPTIMIS VENERANDISSIMIS.

HASCE STUDIORUM PRIMITIAS
PIO GRATIQUE ANIMO.

D. D. D.

AUCTOR.

PROEMIUM.

Satisfaciens Consultissimae Facultatis Juridicae decreto elaborandae de jure fisci cum provocatione ad leges Romanas nec non regni Poloniae et liberae civitatis Cracoviensis dissertationis persuasus sum quod nec humeri mei nec otium quod mihi est scribendi sufficiunt, ad eruenda praestantissimae in societate et locuplectissimae materiae. Quam ob causam curavi, delineatis juribus quae fisco secundum leges Romanas competunt, demonstrare quo differunt a juribus quibus fiscus in Polonia et libera Civitate Cracoviensi gaudet: observatis limitibus dissertationis hujus generis consuetis.

PLATONICAE

Etatis eius Convenitissimum & nullum quod
quodq[ue] dicitur expeditus est quodcumque
propositio sicut haec: Hoc non potest
potest esse nisi sit aliis. Ceteras vero
potest esse quodcumque sit. Primum
potest esse potest. Secundum potest
potest esse potest. Tertium potest
potest esse potest. Quarto potest
potest esse potest. Quinto potest
potest esse potest. Sexto potest
potest esse potest. Septimo potest
potest esse potest. Octavo potest
potest esse potest. Noveno potest
potest esse potest. Decimo potest
potest esse potest.

DE JURE FISCI.

BONA et pecunias nervos esse Reipublicæ, nemini dubium est, ait Ulpianus 1).

Bona in sensu latissimo appellantur res, id est; entia irrationalia involuntaria — destinata ut media ad fines rationarium 2). In sensu stricto vero per bona intelligimus, res tantum, quæ dominum habent, vel jure occupationis cessæ sunt alicui.

Bona dividuntur in publica et privata. Publica, quorum dominium penes populum est; et privata, quæ dominio privatorum sunt subjecta. Publica adhuc dividuntur 3), in bona publica in specie, et patrimonium civitatis. Illa pertinent re ad civitatem, usus vero penes Societatem civilem est: horum regimen et usus est penes populum, sed non pertinent ad Societatem civilem. In regnis Monarchicis vocantur domania, in Democraticis bona publica. Jus regimini bonorum publicorum vel domainiorum penes Principem est, nam jure su-

1) In L. 1. §. in causa.

2) Prawo natury prywatne §. 2. Felix Słotwińskiego 1825, r.

3) Idem §. 77.

premæ inspectionis gaudens, ille tantum scire potest, quæ sumptu necessitates publicæ egeant 4).

Fiscus est saccus publicus quem habent exactores, in eum mittunt debitum; quod redditur regibus 5). Proprie fiscus significabat apud Romanos, sacrum ærarium, sacras largitiones sive thesauros 6). Dictus vero est a sportulis, quibus pecuniae publicae olim includi solebant: deinde haec vox ad res sive largitiones privatas Augusti Augustaeve trahebatur 7). Aerarium vero proprie denotat pecuniam publicam imperii, et sic quidem, ut fiscus sit Principis, aerarium populi 8). Promiscue tamen his multi utuntur jurisconsulti 9). Romani aerarii inventionem referunt ad Valerium Publicolam, qui Saturni aedem construxit, loci oportunitate ductus, omni auditu praesepto, ab accessu munitus locus hic erat. Postiore tempore tria Romæ fuisse aeraria constat, nempe: publicum, a Publicola; Sanctius, a manubiis hostium dictum, in quo aurum vicismarum asservabatur ad ultimos casus Reipublicae 10) et militare, ab Augusto Caesare institutum. His aerariis olim Quaestores praefuerunt: dispensatio vero penes Senatum fuit: postea cum totam auctoritatem Senatui, Impe-

4) Felix Słotwiński prawo rządowe §. 165. 166. 167. 168.

5) Isidorus libr. 20 Orig Cap. 9.

6) L. 1. Cod. de quad. praescr.

7) L. 1. Cod. de loc. praed. civil et fisci.

8) Gail 2. obs. 20 num. 3.

9) L. 1. §. 5. ff. ad leg. Corn de fals.— Inst. §. penult. tit. de usucap.

10) Livius dum agit de bello Punico 2, sub Ao. 544.— Fabio Quintum et Flacco Quartum Coss.— Julius Caesar libr. 1. de bello civili.

ratores eripuerunt, dispensatio iopum quoque ad eos transiit. Verbo quidem publica vectigalia a bonis Principis separata erant 11), re ipsa tamen Caesaris arbitratu dispensabantur. Imperatores quidem possidebant quaedam ut privata, quae patrimonio regio tribuuntur: his praerant Procuratores Caesaris 12), et Comites rerum privatuarum 13), alia vero bona, quae ad fiscum pertinebant, Principes quoque jure regio habebant; sed haec curabantur ab Advocatis fisci 14).

Causae ex quibus fisco acquirebantur res alienae variae sunt, sed dividi possunt in civiles et poenales:

Ad civiles pertinent:

1. Bona adespota.
2. Regalia.
3. Tributa et vectigalia.
4. Bona vacantia.
5. Inventio thesauri.
6. Usucapio.

Ad poenales:

1. Bona damnatorum.
2. Comissa.

Quae singillatim sunt inspicienda.

I. BONA ADESPOTA.

Bona adespota sunt, quae quidem hominum usibus inserunt, a proprietate tamen omni aliena. Eorum dominium introductum est praecedente facto humano, id est: occupatione.

11) Tacitus libr. 5 — Dio libr. 53.

12) L. 1. ff. de offic. Procur.

13) L. 1. C. de offic. Comit. rer. privat.

14) C. de Advoc. fisci. — Ulpianus l. 2. §. hoc ffinterd. ne
quid in loc. publ.

Quae vero occupata nondum sunt, nec commode occupari potuere, mansere in statu suo naturali, et sic adespota dicuntur. In statu civili receptum est, ut certus tractus terrarum intra quem subsisteret. *Respublica*, per universitatem occuparetur, et terminis circumscriberetur; qua occupatione facta quidquid intra illum tractum continetur, *Rempbcam*. attinet. Sicuti autem quae ab universitate occupantur, ad illam ut talem quidem spectant, ita tamen ratio ordinis civilis postulavit, ut simul singulis peculiariter quaedam attribuerentur, et ita intra illum tractum loca quaedam particularia subditis assignarentur, quibus frui possent. Quae autem subditis haud assignata sunt, vel in eorum proprietatem haud venerunt ad *Rempublicam* pertinent, et in ejus proprietate sunt. Et ita penes imperantem est, an singulos ad promiscuum et communem harum rerum usum adhuc admittere, an eosdem ab illo excludere, et res illas in usus publicos convertere velit. Intelligendum autem hoc tantummodo de illis, quae ita intra territorium sita sunt, ut firmiter eidem cohaereant, quae tandem per universitatem occupata intelligi possunt, ceterae res, hinc inde in territorio vagantes, adhuc ad adespota proprie dicta referendae sunt 15).

II. REGALIA.

Regalia sunt jura singularia Principi summo, etiam in iis locis competentia, ubi alii beneficio illius Principis jurisdictio-

15) Justi Heningii Boehmeri *Introductio in jus publi. univers.*
libr. 2. et 10.

nem habent 16). Hodiernae eorum divisiones variae sunt; Romani attamen tantum regale fodinarum et salinarum noverunt. Principes ex salicis in loco privato repertis, redditum constituisse aerario, nec non hujusmodi redditus soli. Principi, ejusque fisco pertinuisse, nemini latet 17); quod vero redditus hic apud Romanos ante imperium constitutum fuisset apparent ex Livio 18), alia fodinarum genera, salinarum regulas sequabantur: non enim ut nostris temporibus jure regali totus redditus salinarum fodinarumve ad Principem pertinuerat quamquam in fundo privato reperta sint; sed Imperatores tantum ad partem quotam eorum jus habebant 19), quae decima fuisse dicitur. Hanc ob causam non licuit ejusmodi fodinas alienare titori, si in pupilli fundo essent 20). Fodinae vero in publico loco inventae simpliciter sunt Principis, Metallorum fodinae Publicanis locabantur 21), huc refertur lex Censoria, qua cavetur, ne plus quinque millia hominum in opere publicani haberent.

16) Cap. un. de regal. in usib. fendor.

17) L. inter publ. §. ult. ff. de verb. sign.— L. i. ff. quod ejusque univers. nomini— L. libr. homo §. si quis ita ff. de haered. instit.— L. si quis sine C. de vectig. et commiss.

18) Livius libr. 9. decat. 3.

19) L. item si fundi ff. sed si lapidic L, si cuius alias aequissimum §. inde est quaesitum ff. de usufr— L. venditor §. si constat ff. commun. praedior.— L. fructus alias divortio §. si vir ff. solut. matr. L. si ex lapidic ff. de jur. dot. L. forma §. saline. ff. de censib. et L. quosdam C. de metal. libr. 11.

20) Ulp. in L. magis put. eod. tit.

21) Plinius lib. 33, cap. 4.

III. TRIBUTA ET VECTIGALIA.

Tributum appellatur ab intributione vel ex eo quod militibus tribuebatur ut ait Ulpian 22). Multi tributum propriæ, quod infertur pro agris, vectigal vero quod penditur pro negotiatione mercium, appellant; sed saepe et vectigal pro tributo usurpatur.— Tributum initio pecunia ea, quae populo imperabatur appellata est, sive quod tributum a singulis proportione census exigeret; cives enim non tantum in tribu sua tributum conferebant in eo et in classem et centuriam suam; nam hæ tribuum quodammodo partes erant, centuriae vero partes classum 23).

Unde Ascanius ait: Censores cives sic notabant, ut qui plebejus esset, in caeritum tabulis referetur, et aerarius fieret ac per hoc non esset in albo centuriae suae, sed ad hoc esset civis tantummodo, ut pro capite suo tributi nomine æra penderet. Tributi collatio, ait Festus, alia erat in capite, alia in censu, erat quoque aliquando temerarium tributum, quod nulla habitarerum personarumve ratione, si res gravior incidet, imponebatur. Cujusmodi post urbem a Gallis captam collatum est; quia proximis quindecimi annis census alias non erat; item bello Punico secundo Marco Valerio Laevino et Mar. Claud. Marcello Coss. cum et Senatus populusque Romanus in aerarium quod habuit detulit 24). Livius ait; quod temporibus tributi temerarii, matronae aurum et ornamenta sua contulere

22) L. ager. ff. de verb. sign. — Varro libr. 4. de ling. lat.

23) Livius libr. 1.

24) Livius libr. 26.

viduarum vero pupilarumque bona, in aerarium conferre soebant, quae demum bello consecuto tribus pensionibus redderentur. Fuit igitur tributum aliud ordinarium, quod in caput atque in solum quotannis imponabatur, alterum extraordinarium imperatum lege vel Senatus consulto, ut si naves, nautae, milites ac in eos sumptus, necessarii provinciis imparentur. Tributum in caput capitatio vel stipendium; in solum vero vel agros, Census appellabatur 25). Stipendium, plerumque pro tributo capitis accipitur 26). Tertulius, inquit: hominum capita stipendio censa. Ulpianus ait 27).— Stipendium dicitur, quia per Stirpes id est modico aere colligitur. Servio Tullio rege Romae capitatio instituto Censu 28), deinde ab Augusto Caesare 29), sublata est. Census tabula fuit, in qua descripta Romanorum opes, ut si res posceret, quisque pro suis facultatibus tributum inferret; a censendo Censis dictus, et Censitor honorum aestimator. Civis autem capite censi, prolaetarii homines censi, vel censiti 30) conformiter ad Numerum aeris quod tributi darent, appellabantur. Olim civium capita et bona censebantur 31). Cicero pro Flacco, censui censendo, vocat omnia praedia quae mancipi erant, et a domino in Censem deducta, quae emi et vendi ex jure civili, et subsignari apud aerarium et

25) Plato libr. 12. de Republi.

26) Tertulius in apologet.

27) Ulpianus l. c.

28) Isidor. libr. 16. Cap. 17.

29) L. 2. de capitat. civit. Cens. et L. ult. ff. de Censib. et L. duodec. tabul. apud Cie. libr. 2. de legib.

30) Livius libr. 1.

31) Varro de ling. lat. libr. 4.

Censorem poterant. Instituit censum Servius Tullius, ex quo bellī pacisque munia, non viritim ut antea, sed pro habitu pecuniarum fierent Livius docet. Postea Censis appellati sunt descriptores jugerum et capitum, Censitores vero vel Censores, censum exigebant. Fuit et quodam genus tributi, in quo divites pro tenuibus spondebant, cum onera militaria sustinenda essent, ideoque Allelegyon appellabatur, quia alii pro aliis spondebant, et solvebant. Augustus aerarium militare instituens, ad hoc explendum, vicesimam haereditatum et legatorum inferri jussit 32). Ex lege Papia decima deduccebatur ex legatis a viro uxori vel ab uxore marito relictis, si illis non essent legitimi liberi 33). — Vectigalia a vehendo dicta; definiuntur tributa, quae Principibus debentur vel fisco propter merces quae vehuntur, causa vero est, defensio securitasque, id est ut plenum securumque iter transeuntibus praestetur. Vectigalia populi Romani, tribus maxime rebus definita esse ostendimus, scilicet: portorio, decumis, et scriptura 34). Lege censoria descriptio et conditiones in locatione vectigalium continentur, quae plerumque asperior fuit in provinciales, cum Municipibus favebat. Mentio fit 35) — quoque vectigalis, quod in itinere pendebatur. Fuerat autem portorium reditus, qui ex portoribus vel transitu pontis fluminisve percipiebatur, erat autem duplex; rerum venalium et castrorum 36). Africanus et Poetus Censores, portoria re-

32) Plinius libr. 7. epist. 44.

33) L. 2. Cod. infirman.

34) Cic. pro lege Manil.

35) L. 21. ff. de donat. inter vir. et uxor.

36) Livius libr. 32

rum venalium et castrorum fruendorum locarunt 37). Julius Caesar peregrinarum mercium portoria instituit; deinde portoria sublata sunt 38).

Quadragesimae portorum fuit, quod praeter instrumenta itineris, omnes res publicano debent 39). Quadragesima a Nerone abolita est 40). Postea revocatum est id vectigal, quod deprecatur Symmach 41). Fuit et quadragesima litium a Caligula instituta 42). Quinquagesima fuit portorum, pro feris et mercibus quae importarentur 43).

Decumae proprie decimam partem fructuum significant, a quibus ut Cicero 44) ait, ager vectigalis pop. Rom. dicitur; item omnis ager Siciliae decumanus fuit 45). Decumanum vero erat decima, quam quisque arator dare cogebatur sine praetio, quae summa pro copia vel inopia frumenti insingulos annos incerta erat.

Scriptura denique proprie dieta est, ratio eorum qui vectigali e pascuis percipiunt, interdum pro ipso accipitur vectigali; quod e pascuis reficitur. Festus scripturarum agrum publicum appellat, in quo ut pecora pascantur, certum aëtribuitur. Lex Thoria mulcat eos, quorum pecora agros publicos

37) Suetonius libr. 4. Cap. 43.

38) Dio libr. 37.

39) Quinil. declamat. 359. etiam Suetonius in Vespa Cap. 4.

40) Tacitus libr. 13.

41) Symmach libr. 5. epist. 65.

42) Suetonius Calig. Cap. 40.

43) Symmach. libr. 5. epist. 60.

44) Cie. in Verre.

45) Tacitus de Mor. Germ.

depascunt 46). Certe olim vectigal Romanis unum fuit pa-
scua dictum; quare et in Censoriis tabulis omnia dicuntur pa-
scua, ex quibus vectigal reficitur 47). Praeter haec tamen
multa alia erant vectigalia, et tributa posteriore tempore in-
stituta, quorum nonnulla enumerabimus.

Vectigal Macelli olim fuit pro iis, quae ad hominem victum
pertinerent, quod sublatum fuisse ait Livius 48); sed postea
restitutum 49). Augustus Caesar cum pecuniis egeret, ad o-
nera militiae, et vigiles alendos vectigal instituit; vicesimae
quintae mancipiorum 50), Cnehus Manlius Coss. legem novo
exemplo ad Sutrium in castris tributum de vicesima eorum tu-
lit, qui manumitterentur 51).

Centesima rerum venalium imposita est urbi, et Italiae, ab
Augusto post bella civilia anno 759. quo tempore aerarium
militare instituit 52). Fuerunt et Romae aedilitia vectigalia,
quaes provinciales ludorum nomine aedilibus Romanis pende-
bant, quæque eis in ornatum fori et apparatum mumerum
conferebant 53). Siliquaticum erat vectigal, quod mercibus
omnibus impositum est 54).

46) Cie. 2. de Orat.

47) Plinius libr. 8. Cap. 3.

48) Livius libr. 38.

49) Suetonius l. c.

50) Tacitus libr. 13.

51) Livius libr. 7.

52) Suetonius in Augu. Cap. 49.

53) Cie. libr. epist. ad G. fratrem.

54) Cassiodor libr. 4. epist. 19. libr. 2. epist. 19. epist. 4.

Apuliae et Calabriae negotiatores sextarium pendere cogebantur, quo onere Theodoricus eos liberat 55). Caligula vetigalia nova, atque inaudita primum per publicanos, deinde quia lucrum exsuperabat, per Centuriones Tribunosque pretorianos exercuit. Nullo rerum aut hominum genere omisso, cui non tributi aliquid imponeret, et ita: Pro ediliis, quae tota urbe venirent certum statumque exigebatur 56). Pro litibus atque Judiciis ubicumque conceptis quadragesima summae, de qua litigaretur; ex gerulorum diurnis Quaestoribus pars Octava. Fuit et Octava omnium mercium, quae venirent 57). Quintam ex plantariis et arboreatis Appianus commemorat 58). Fuit et octava rerum venalium promercialium quae portus nomine exigeretur 59).

Solarium dictum est vectigal pro Aedibus, quas nonnulli in solo Reipublicae extruxerint, sive tributum pro solo 60). Eo usque regum ac Imperatorum acerbitas processit, ut profumo vectigal Nicephorus Imp. reperiit 61). De vectig. umbrae ex arboribus Plinius scribit 62). Michael Paphlago vectigal pro aere, quem aspirando trahimus instituit. Urinae

55) Cassiodor libr. 2. epist. 26.

56) Suetonius Cap. 40.

57) L. 7. Cod. de loc. et cond.

58) Apianus libr. 1. civill.

59) L. ex praestatione. Cod. de vectig. Livius libr. 32.

60) L. 4. Cod. de divers. praed. et L. 2. ff. ne quid in loc. publ. fiat.

61) Zonaras in Niceph.

62) Plinius libr. 32.

vero vectigal a Vespasiano repertum quoque fuisse Suetonius docet 63).

AGRI VECTIGALES.

Romani nunc hos nunc illos Italiae populos subiciendo, partem agri mulctabant, in eum colonias deducebant, aut in jam antea condita oppida, sui generis adscribebant. Hae coloniae, tanquam præsidia partis bello provinciis imponebantur, in quibus quantum erat culti agri colonis dividebatur, elocabaturque, sub conditione vectigalis fixi. Quod vero bellorum injuria incultum supererat, quia sub sortem mittere non vacabat, per praecomenem invitatis assignabant; quibuscumque liberet colere parte decima fructuum sibi retenta, in agris sativis; in plantareis vel arboreis quinta.— Hyginus 64), ait: vectigales agri sunt obligati quidam coloniarum, aut municipiorum, aut civitatum antiquarum; qui et ipsi plerique ad populum Rom. pertinentes, ex hoste capti, partitique ac divisi sunt per Centurias; ut assignarentur militibus quorum virtute capti erant.— Interdum vectigales illi agri ad subsidia Reipublicae relictii dividebantur lege agraria Civibus, quibus terti pluresve liberi essent 65). Demum cum divites latifundia coëmerent 66), et servitiis replerent, Italique paupertate

63) Suet. Cap. 23.

64) Hygin. libr. 2.

65) Sueton. Cap. 20.

66) Apianus libr. 1. civilium

et paucitate generis laborarent; tribunis rogantibus lex lata est, ne quis haberet agros ultra quingenta jugera neve quis passeret plus centum capitibus majoris, plusve quingentis minoris pecoris. Hanc legem tulit Caius Licinius Stolo Tribunus plebis A. U. C. 367).— Cui legi cum fraus fieret Sempronius Grachus legem agrariam tulit, ne quis possideret supra quingenta jugera 68).

IV. BONA VACANTIA.

Vacantia bona fisco debentur 69). Bona autem dicuntur vacantia, quae proinde nullum legitimum dominum habent. Illius qui intestatus decepsit, nullo relicto legitimo haerede.— Intestatum vero accipio eum, qui nullum condidit testamentum, vel si reliquit, ex eo tamen haereditas adiri non potest 70). Sine legitimo haerede decedere vero eum intelligo, qui neminem reliquit ex linea descendente, ascidente, transversali, agnatia vel cognatia usque ad decimum gradum, qui vel sine viro, vel uxore decesserit. Omnes vero personae quæ ex jure civili vel praetorio admittuntur ad successionem inte-

67) Livius libr. 6.

68) Apianus 1.

69) L. 1. de jure fisc. et L. 1, per tot C. de bon. vac. libr. 10.

70) L. instat ff. de verb. sign.— L. 1. ff. de suis et leg.— L. 2. ff. de suspect. testam. §. 1. de haered. quae ab intes. defert.

stati praeseruntur fisco 71). Affines vero quia iure affinitatis successio non defertur fiscum non excludunt 72). Adeo, ut fiseus socero praeseratur. Quod adoptivos et arrogatos attinet, cum hi legitimi successores sunt, fiscum excludunt 73). Praeter hos aliae sunt quoque personae, quae fiscum excludunt, et hic pertinent 74). Socius in re sibi et socio ab Imperatore et supremo Principe donata socio intestato defuncto, absque legitimo haerede fisco praefertur 75). Sic etiam patronus in successione liberti fiscum excludit 76). In omnibus aliis casibus bona vacantia fisco cedunt, et generatim caduca dicuntur.—

V. COLLECTIO THESAURI.

Thesaurus est vetus pecuniae depositio ait Paulus 77) cuius non extat memoria, ut jam dominum non habeat, sic enim sit ejus, qui invenerit et non alterius, alioquin si quis lucri causa vel metus vel custodiae aliquid sub terra condiderit,

71) L. 1. et L. vacant. C. eo et L. 2. de peti bon. subl. libr. 44.

72) L. affinit. C. cui de success.

73) L. 1. §. fine et L. §. haered. ff. de suis.

74) L. 1. C. si liber. imp. socius libr. 40.

75) §. sed nostra Inst. de successio. libr.

76) L. 3. ff. de his qui testament.

77) In L. nunquam unde §. 1. ff. de acquir rer. dom.

78) In de L. C. de thesaur.

non est thesaurus. Lex 78) thesaurum appellat mobilia condita ab ignotis dominis tempore vetustiori. Thesaurus in fundo inventoris inventus, cedit inventorī, in loco vero publico, Caesaris vel civitatis in dimidia inventoris est 79) in dimidia Caesaris. Thesaurus magica arte inventus etiam in proprio fundo fisci est 80). Inveniens thesaurum, cuius partem fisco pertinentem suppressit, totum cum altero tanto cogitur fisco inferre 81).

VI. USUCAPIO.

Usucapio seu praescriptio adquisitiva est tunc, quando intra certum tempus lege positiva definitum, res vel jus alienum invito domino adquiritur: ideo haec species praescriptionis ab adquisitione rei vel juris veri domini vocatur adquisitiva, seu usucapio, a capto dominio per continuum rei usum, intra certum tempus lege positiva determinatum. Ad usucapiendas res fiscales et patrimoniales jus Romanum quadraginta annos praescripsit, item ad patrimoniales Principis; praescriptione vero immemoriali, qua praesumptione legali jure Romano, regalia et obligationes solvendorum tributorum publicorum perimuntur.

79) In D. §. Thesaur. L. 3. §. si in loc. ff. de jur. fisc.

80) L. 1. C. de Thesaur.— L. 2. C. de malefi et mathēm.

81) L. non intel. §. fisc. de jure fisc.

I. BONA DAMNATORUM.

Bona damnatorum fisco cedunt 82). Damnatos dicunt eos, qui ultimo suplicio afficiuntur; rectius tamen damnati vocantur, qui ob crimen aliquod capitale damnati tacito jure ipsa damnatione bona sua ammitterent. Olim quidem dimidia tantum pars honorum liberis relinquebatur 83). Justinianeo tamen jure liberi et parens usque ad tertium gradum fiscum excludunt 84). Nec tamen omnia bona damnati confiscantur; nam ea, quae in extraneum haeredem non transeunt fisco non vindicantur, pro extranea vero haereditate habetur, quatenus de aliorum bonis agitur 85) unde consequitur feuda in confiscationem honorum non venire sed pro qualitate eorum ad agnatos vel dominum reverti, cum ad extraneum haeredem non transeunt 86). Ea de causa etiam bona a testatore, vel alia ratione extra familiam alienari prohibita non veniunt in confiscationem etiamsi sint allodialia 87). Idem de Emphytheusi tam ecclesiasticorum quam privatorum intelendum 88).

82) In C. uni quae sint regal.

83) L. quanto 10. C. de bon. proscript. L. 1. §. liberis *ff.* de hon. damnat.

84) Novella 134. cap. *f.*

86) L. 2. C. ad leg. Jul. de vi publ.

86) Gail dict. libr. 2. C. 14. Num. 1.

87) Sixtin de regal. libr. 2. cap. 12. num. 44.

88) Gail dict. cap. 14. num. 16.

Bona proscriptorum quoque has regulas sequuntur 89).— Bona contrahentium incestas nuptias fisco quoque cedunt 90) quod tamen restrictionem ex Justinianeo recepit jure, quo cavetur, ut bona ipsorum legitimis liberis usque ad tertium gradum aut illis deficientibus eorum parentibus usque ad secundum gradum, et his etiam non extantibus fratri, sorori, patruo aut amittae tribuantur. His denique omnibus deficientibus, fisco conferantur 91). Bona quae indignis auferuntur quoque hanc regulam sequuntur et ereptitia dicuntur. Indignus vero haeres vel a testatore vel lege judicari potest 92), adeo vero certum est fisco deberi bona, quae indignis auferuntur, ut is non tantum ipsam rem, sed etiam omnes fructus perceptos auferat 93). Cum vero fiscus in bonis damnatorum haeredis locum tenet, itaque eo Falcidia et Trebelliana competitunt 94). Huc referuntur quoque bona crimen Majestatis committentium et semet ipsos interficientium.

89) L. 14. §. 1. ff. de interd. et vectig.

90) In cap. unic. quae sint. regal.

91) Novella 12. cap. 1. et 2.

92) L. cum quidam 12. ff. de his quae ut indign.— L. si scriptis 19. L. sororem 10. C. de his quib. ut indign.

93) L. haered. ff. L. cum qui ff. de his quae ut indign.— L. 1. C. eod. tit.

94) L. Papianus §. meminisse ff. de inoff. test.— L. post negat. §. quib. mod. de his quae ut indign.



II. COMMISSA.

Quisque ad praestanda vectigalia tenetur exceptis iis, quos Princeps ab hoc liberaret.

Quam solutionem qui dolo malo intermisit, istius merces Commisso mulctantur 95). Similiter si quis merces prohibitas invehere cuperet, haec in Commissum cadunt. Sunt vero merces illicitae, quae ex lege particularier prohibitentur. Sed merces quoque possunt in Commissum cadere ratione non solutae Gabellae 96).

PRIVILEGIA FISCI.

Privilegium est jus singulare gratiam favoremve concilians; pro uno homine latum 97) vel regimini concessum. Privilegia ad fiscum spectantia haud pauca in jure extant; nos præcipua proponemus.

In contractibus fiscalibus fiscus nunquam tenetur de evictione ultra simplum, etiamsi expresse promissum sit 98).

Si fiscus haereditatem vendiderit non tenetur creditoribus haereditariis, sed emptor contra jus commune 99).

95) L. fraudat. 8. *ff.* de public. et vectig.

96) L. Commissa — L. fisc. §. licet. *ff.* eo.

97) Isidorus.

98) L. 5. prim. *ff.* de jur. fisc.

99) L. 4. L. 2. C. de haered. vel act. vend. L. 41. *ff.* de jur. fisc.

Si praedium suum alteri locatum vendiderit tenetur emptor stare locationi contra jus commune 100).

Possessor cogitur contra se exhibere instrumenta, quae habet ad fiscum pertinentia, si subtracta ab eo esse credantur; etsi verum aliter non inveniatur; sed non tenetur edere titulum possessionis sua; id est: auctoritatem suam 101). Si vendat rem alienam ut suam vel donet, statim emptor vel donatarius est securus, nec potest conveniri a domino rei emptor vel donatarius contra jus commune 102). Cum fisco contrahentis bona sunt tacite hypothecata contra jus commune: tacita hujusmodi hypotheca recipit extensionem etiam ad ea quae tempore contractus non erant in bonis debitoris 103). Fiscus vindicans potest vendere res pignori obligatas aliis 104). Quod alienatur in fraudem privati creditoris ab eo qui suscepit revocatur in simplum actione pauliana; quod alienatur in fraudem fisci, ab eo qui id sciens accepit revocatur actione extraordinaria in duplum 105) Alienata in fraudem fisci, fiscus revocare potest, tenetur tamen restituere pretium si

100) L. fisc. sive met *ff.* de jur. fisc. — L. 9. C. de locat.

101) L. 2. §. 1. et 2. L. 45. §. 5. 6. 7. *ff.* de jur. fisc. L. 4. Cod. de edend. L. 7. Cod. detestit. L. 25. *ff.* de jure fisci.

102) L. 41. *ff.* de A. E.

103) L. 46. §. 3. *ff.* de jure fisc. L. 2. Cod. in quis. caus. pign. contrahent.— L. 29. L. 46. §. 3. de jure fisc. L. 10. *ff.* de manumiss. L. 3. C. de jure fisc. L. 6. §. 2. de secund. nupt.

104) L. 22. §. 1. *ff.* de jure fisc.

105) §. 6. institut de act. L. 46. §. *ff.* de jur. fisc. L. 5. C. de jure fisc.

extat 106).— Fiscus usuras semisses a debitoribus suorum debitorum exigit ab eo tempore, quo ad fiscum transierunt; contra fiscus pro suis debitibus et contractibus usuras non solvit, nisi in privati debitoris solventis jus successisset; nam tunc ad usuras tenebitur, ad quas ille tenebatur 107). Jure communi debitor privati ante diem conveniri et exigi nequit, et convento in poenam actoris duplicandae sunt induciae attamen fiscalis debitor ante diem ob publicas necessitates exigi potest 108).

Res fisci usucapi non potest 109), fiscus ab omnium vectigalium praestationibus immunis est 110).

Fiscus omnibus Chirographariis creditoribus etiam anteriores privilegiariis praefertur: adeo ut, si priores egerint pecuniamque acceperint, etiam fiscus auferre possit, imo et ipsi mulieri dotem repetenti potior est in obligatione primipilar, non tamen in rebus propriis mulieris, quae non sunt dota-les 111).

106) L. 45. pr. *ff.* de jure fisc. L. 7. *ff.* de Mor. Can dona L. 7. §. 2. *if.* de bon. dam. L. 11. §. 11. *ff.* qui et a quib. manumis.— L. 7. *ff.* quae in fraud. credit.

107) L. 17. §. 6. de usur. L. 6. ins. prin. *ff.* de jure fisc. L. 17. §. 5. *ff.* de usur. de 1. 17 §. 5. ins. L. 3. C. de fisc. usur. 1.

108) §. 33. instit. de exep. Lex 1. C. d. cond. ex lege.

109) L. 2. C. commun. de usucap. §. 4. instit. de usucap.

110) L. 9. §. 8. *ff.* de publ. et vectig.

111) L. 28. *ff.* de jure fisc. L. 1. C. si propr. publ. pensit.— L. 5. C. de privil. fisc. L. de primipilar. L. 4. C. in quib. caus pign. tac. contra. L. 1. C. de priv. fisc.

Si fiscus rem communem habet cum privato, quam vult cum eo dividere, fiscus debet facere partes et dare electionem privato 112). Communis illa regula, actorem sequi forum rei, maxime si constet uter actor sit uter reus, in fisco seu causis fiscalibus, locum non habet 113). Poena quadruplici punitur qui in fiscalibus contractibus fraudem committit 114) Si pecuniam fiscalem quis mutuam acceperit, absque fisci auctoritate ab exactoribus tabularum officiisque rationum ad quadrupli poenam tenetur, et si sit aurum perpetuo deportabitur, bonis confiscatis, et ille qui tradidit mutuo capitali sententia subjugetur 115). Prioritatem alleganti, probandi onus incumbit, idque sive agat sive conveniatur in fisco tamen id non procedit 116). In favorem fisci receditur a venditione vel locatione facta praediorum fisci, si aliis plus offerre voluerit 117).

Judicatum contra fiscum intra triennium retractari potest 118). Debitores fisci et tributorum publicorum non gaudent immunitate 119).

Sententia adversus fiscum lata, absente fisci patrono, est ipso jure nulla 120).

112) L. un. C. de his qui se desert.

113) L. 1. L. 2. C. ubi caus. fisc.

114) L. 8. C. de jure fisc.

115) L. 2, C. de his qui ex public. red mut.

116) L. 8. §. 5. ff. nov. oper. nuntiat. L. 1. C. de jure fisc.

117) L. 21. §. 7. ff. ad municip.— L. 1. L. 2. de vendit. reb. civil. libr.

118) L. un. C. de sent. advers. fisc.

119) Novel. 17. C. 1. et 6. 7. §. 1. fac.

120) L. 3. §. 9. L. ff. de jure fisc.

Fiscus ob turpem causam datum repetere turpeque lucrum possidenti extorquere potest 121). Fiscus rem eam alio communem possidens, etiam si res dividua sit, totam alienare potest, sicutisque, nonnisi ad partem pretii pro rata recursum habeat 122); aequum tamen est, ut fiscus id faciat requisito consorte, et si ille tantum offerat quantum aliis, praeferratur. Instrumenta ad communem rem pertinentia penes fiscum manent 123).

ADMINISTRATIO FISCI.

Fiscus habet officiales suos particulares, qui res et fisci pecunias colligunt et administrant. Romae Questores, Procuratores in provinciis suis potestatem ac imperium habuere cognoscendi de omnibus gravioris rei negotiis, de re frumentaria, tributaria, Vectigali, quae omnia per edicta sua administrabant 124).

Interdum nova vectigalia, instituebant, si res exposceret, interdum vetera tollebant, ad eos querelae provincialium de Publicanis, et Publicanorum de provincialibus referebantur.— Quamquam autem a Censoribus tributa constituebantur, et

121) Auth. novo jure C. de poena jud. qui mal. jud.— L. 32.

§. ult. D. de dom. int. vir. et uxor.— L. 9. D. de.

122) L. 2, Cod. de comm. rer. alie — C. vend. rer. fisc. libr. 10. in l. 1.

123) D. l. Senatus §. Senatus censuit.— L. fisc. ff. de fide instr.— L.

124) L. 7. ff. de offic. Procon.

Publicanis locabantur: Si quae tamen provinciae vectigalium onere oppressae essent cognitio penes Senatum fuit 125) in hoc quoque Imperatores sibi postea auctoritatem Senatus vindicarunt 126).

Haec autem forma in exigendis vectigalibus servabatur, quam Justinianus praescribit Novella 127. Significabat Princeps Praefectis Praetorio, quanta sibi sequenti anno pecunia opus esset; illi facta divisione inter populos mense Julio, vel Augusto, scribebant apud acta, quantum quaeque provincia vel civitas pro indicto a Principe Tributo, sequente anno solvere teneretur; quae adæranda species, quod in arcum largitionum inferendum, quantum in milites esset insumendum

Haec descriptio initio cuiusque inductionis id est, mense Septembris Vicarios, tembri, Duces, Procuratores, Proconsules, Corectores, et ceteros Provinciarum Praefectos mittebatur, qui vectigalia exigenda curarent 127). Rescriptum Imperatoris, quod Tributi modum in annum sequentem definiebat, dicebatur delegatio; quam a Praefectis Praetorio acceptam, Rectores Provinciarum in singulis civitatibus legendam, publice proponebant. Ipsi vero omne damnum fisci, si quid minus solutum fuisset, ex suo resarciebant. Exigebant autem a Provincialibus, Tributum, vestem militarem, et indictum 128).

125) Plinius libr. 6.

126) Nobella 128.

127) L. ult. C. de Canoue lagritional.

128) L. ult. Cod. si prop. public. pensitat.

ALIENATIO RERUM FISCALIUM.

Respublica censetur corpus perpetuum, quod per subrogationem similium personarum immortale habetur, ideo ejus patrimonium perpetuum, et immutabile censetur. Rursum bona, quae commituntur Principi a Rpea subjecta restituti sunt, proinde alienari non posunt in praejudicium successorum in regno, aut Rpeae administratorum (29).

Attamen urgente necessitate imperans bona quoque fiscalia alienare potest;— sed venditiones haec plurimam solemnitatem desiderant (30). Et quidem venditio de re fisci fieri non potest sine speciali principis mandato, prout nec etiam venditio rei patrimonialis ipsius Principis (31). Accedere quoque debet discussio coram Senatu adhibitis proceribus regni, qui norunt patrimonium Rpeae, et facultates redditusque ejus et ita possint consulere quid expeditat Rpeae (32); denique discussio haec fieri debet publice. In causis fiscalibus judex particularis ex usu, et Principum constitutionibus designatur. Temporibus Rpeae, judicia publica causas fisci,

(29) L. si §. sed nostra Magestas comm. de lege C. §. de restit.
et ea quae parit in undecimo mense Novella.

(30) Petr. Gregor. libr. 32. repl. C. 6. p. 36.

(31) L. 1. ff. de offic. Proc. Caesar.

(32) L. fisc. de venden. reb. civil. libr. 11. C. tit. 31. et L. 2.
de praed. decurion.

dirmebaut; sed cum posteriore tempore, Caesaribus jus fisci quoque concessum est, Comites largitionum praesuerunt fisco; Procuratores vero Caesaris, de causis fiscalibus cognoscebat 133). Causae vero fiscales dicuntur, cum de crimine non quaeritur, sed de bonis fisco applicandis ex causa criminis commissi vel aliter, nam de crimine ad poemam irrogandam praeses cognoscebat 134).

Notum est quod in Gallia jam altera dimidia XIII. saeculi partes jus habebant nominare negotiorum gestores qui, iis absentibus judiciis rem litigiosam demostrarent: qui Procuratores (procureurs) mandatarii (mandataires aux savoues) vocabantur 135). Hoc itaque initium dedit Procuratoribus fisci quod tam magis verisimile videtur cum sisthema poenale in Gallia hoc tempore maxime consistebat in composita cuius pars fisco Principis cedebat 136), Quod vero Procuratores judiciales ex his orti sunt, maxime ex eo patet, quod posterioribus quoque temporibus in Gallia Procurator judicialis non nullis in locis Procurator fisci (Procureur fiscal) appellabatur. In compendio iurium feudalium, Etablissement, dictorum anno 1270. a Ludevico IX. Sancto editorum nulla adhuc mentione de Procuratoribus invenitur; in omnibusque fiscalibus causis bailif aut prevot praesidens in judiciis Principis, nomine

133). Toto tit. C. ubi cansae fisc.

134) L. 1. et ad fiscum C. ubica fisc. et L. 1. C. si advers fisc.

135). Beaumanoir Coutumes des Beauvoises IV. p. 27. 29. Grand Coutumier III. p. 289. cf. Maurer Geschicht der Altgerman und nament althayrisch. mund gerichts versah. pag. 132.]

136). Themis Polska T. II. p. 9.

imperantis agit 137). Sed invenimus mentionem de Procuratoribus in compendio legum ex A. 1254 ad 1318 olim dictarum, hic vocantur Procuratores nostri (i. e. regis), Procuratores, hi ab initio nihil alii sunt quam negotiorum gestores privatorum, juramentumque calumniae praestare 138) debebant, necque iis licuit stare in judicio sine permissione praesidis 139) Paulo post Procuratores officiales regis facti sunt. Anno 1302 jam praestare juramentum in officium debebant, a regibusque pensionati erant, tunc iis non licuit jam privatorum res gerere, exceptislibus cosanguineorum. Posteriore tempore cum Procuratores ob multitudinem negotiorum in parlamento sisti non poterant si res huc usque pervenit Procuratores generales vel Procuratores regis generales (Procureur général) erati sunt de his primam mentionem facit ordonance anno 1344 edita et demum ordonance ex 1356, haecque adhuc nominat eos Procureur du Roi.— Nomen vero Procuratoris generalis XV saeculo introductum est, et quamquam institutio haec jam XV et XVI saeculo extitit in XVII. tamen saeculo demum edictis an. 1767. 1670. 1673, latis jura ac officia Procuratorum definita sunt.

137) Lettres sur le parlement T. II. p. 195.

138) Ordinance de l'an. 1302. Art. 20. ord. 1351 art. 20. (Ordonnances du Louvre T. I. 2).

139) Ordinance 1319 art. 30. (ord. du Louvre T. I. 700).

PARS II.

DE JURE FISCI SECUNDUM LEGES REGNI POLONIÆ ET RPCÆ CRACOVIENSIS.

Antiquissimis temporibus fiscum Principis ab aerario R^pcæ separatum non fuisse constat. Reges itaque ipsi omnes redditus imperii *suscipientes*, necessitatibus, tam aulae, quam totius regni providebant. Casimiri IV temporibus demum paullatim coepit separari aerarium publicum regni, et idem mos quoque in Lithuania invaluit an. 1569 ultima unione facta; ita, ut in tribus regni provinciis duo aeraria publica essent. Alterum quidem regni sive Coronae, alterum vero Lithuaniae. Gaudebant vero reges omnibus fere juribus et privilegiis fisco propriis, quae ordine exponere conabimur.

I. REGALIA.

Regaliorum principalia, ut venationes, punctiones, initio ad ipsos reges pertinuisse successuque temporis Nobilibus concessa fuisse dubitari nequit.

Metalorum fodinas quoque antiquissimis temporibus regias fuisse, patet vel maxime ex Privilegiis Boleslai I. et ejus successorum variis monasteriis 1025. et nobilibus concessis. Similiter ad regalia, redditus salinarum, et jus eudendae monetae pertinebant; quae omnia tamen eximia regum liberalitate, postea pro parte nobilitati concessa fuere.

Novissimo jure, quo ad regale fodinarum decretum dd. 11. Juarii 1817. refertur 1) quo cavetur: Commissionem regimini Status intrinseci, nec non Politiei (Kommissya Rządowa Spraw Wewnętrznych i Policyi), auctoritate dandarum facultatum esse praeditam (Schurffbrief) hanc potestatem affirmat esse quærendarum, inveniendarumque fodinarum aeris, plumbi argenti et salis, neminemque nisi dominum fundi huic operi accengi posse contendit, facultatemque praefatam non nisi ad trimestre impertiri posse arbitratur. Eadem institutio ulterius praecepta proprietarium attiennia et inventorem complectitur.

Huc refertur quoque decretum dd. 20 Augusti 1817. prescribens 2), administrationem postarum in Regno Poloniae, nec non decretum organisans officinam monetarum 3) in Regno Poloniae dd. 19 Novembri (1. Decembri) 1817.

Leges liberae Civitatis Cracoviensis regalia spectantes sunt. Lex dd. 18. Septembbris 1833. statuens erectionem officinae monetarum in hac Rcpa.

II. TRIBUTA ET VECTIGALIA.

Tributorum et vectigalium varia fuere genera 4): Ludovicus Rex a Casimiro III. Magno successor designatus, pro se futurisque regibus ordinibus spopondit, se nihil ex iis, quae a Casimiro M. recens imposita essent, sed ea tantum exac-

1) Dziennik Praw Królestwa Polskiego Tom 3.

2) Dz. Pr. Kr. Pol. T. 3.

3) Dz. Pr. Kr. Pol. T. 2.

4) Fried. August Goleński de trib. et vectig. aliisque oner in Polon.

turum, quae ante se more majorum obtinuerit 5). Postea vero Rex Poloniae factus, ut infensos subditorum animos sibi conciliaret, anno 1374 eos in universum ab omnibus Tributis ac oneribus liberavit, praeter duos grossos ex quolibet manso in recognitionem supremi Imperii praestandos, hocque Vladislao Jagellone rege nobilitate immuni facta, a cmetonibus tantum exigebatur 6). Privilegia haec posteriore tempore a populo sibi munita lege expressa; ne tributa aut vectigalia qualiacunque imponerentur, absque permissione ordinum in Comitiis; neque ut permissa aeterna sint, sed ut Rpea in quolibet consilio jus habeat ea mutandi.— Denique constitutione anno 1778 cautum est, ut auctio vel mutatio tributorum ad materias status pertineret 7). Quae autem a Comitiis jubebantur tributa et vectigalia, non semper eadem fuere; sed aliae erant exactiones in regno, et aliae in magno Ducatu, quaeque pro necessitate belli aut pro otio pacis diverso modo erogabantur 8).

Partem redditum regum domania quoque praestiterunt, quorum multa Ludov. Andegaviensis opignorasse vel vendidisse traditum 9). Nota est bonorum regiorum per Johannem Albertum nimirum et successorem ejus dilapidatio 10), quam sequuta est,

5) Długosius libr. 60 p. 1102. et seq Historia Polon.

6) Laseo statut. fol. 51.— Długosius libr. 10. Januszów p. 323.

7) Skrzetuski p. 538.

8) Varia genera tributorum et vectigalium tam in Regno Poloniae, quam in Rpea Cracoviensi eorumque permutations usque ad nostra tempora optime exposuit Fried. Aug. Goleński in dissertatione de trib. et vectig. in Polon.

9) Długosius libr. 9. d. 1161.— Naruszewicz T. IV. p. 343.

10) Orichovius.

aliqua quamvis non integra tandem ineunte Sigismundi Augusti regimine, restitutio; sed quum jam, ab illo tempore paulatim Monarchica regni forma in Anarchicam vertetur, regnante Stephano Bathoreo et Sigismudo III. 11).— Bona regia maxima pro parte, in feuda advitalitia, mutata fuerunt; ita ut Regibus tantummodo Oeconomiae; sive bona Regiae mensae relinquenterunt; quae quamvis satis ampla, tamén ad sustentandam regalem dignitatem, et rem publicam gerendam, non sufficerent, quae Oeconomiae 12) etiam nunc juxta Constitutionem Regni Polonici 13) partem redditum Regum Poloniae constituunt.

Quae autem bona regia, ad remunerandos milites (panis bene merentium vulgo dicta) esse ferebantur 14); haec plerumque in 50 annos; alia per jus communicativum et uxori- bus bene de re publica merentium conferebantur. Licebat ea quoque, cum consensu Regio vendere; quo siebat, ut rarius ad dispositionem regiam reverterentur. Sed bonis his interdum aut desolatis, aut male administratis, aerarium publicum quod thesaurus regni dicebatur 15) opibus plerumque destitutum fuit, donec anno 1775. alia eorum introducta fuerit collatio. Nomen omnibus his bonis regis, fuit Tenuatae 16); sed non raro minores modo ita vocabatur posses- siones; aut illæ quibus nulla erat castrensis jurisdictio; quamvis magis optimæ, imo quoque ditissimæ. Majores dicebantur,

11) Hartknochii Rpea Polon: libr. 2. p: 439.

12) Anonymus płata wojska i chleb zasłużonych.

13) Articulus 156 Chartae constit. Regni Polonici:

14) Anonymus płata etc:

15) Braunius de Elect. Regum Polon. p. 19

16) Lengnichi Jus publicum Regni Polonici T. J. p. 356.

Capitaneatus (Starostwa) quorum insigniores, etsi non ditiores, erant Capitaneatus castrenses (Starostwa grodowe sive sądowe). Praefectis enim sive Capitaneis castrensisibus, competebat castrensis inter nobiles et ignonobiles jurisdic^{io} 17), quam tamen non ipsi, sed Vice Capitanei cum Judice et Notario exercebant 18). Saepissime Capitaneatus non Castrenses, ditiores erant, qui, octo, novem, decem, vel plures pagos complectabantur v. g. Lanckoronensis, qui 20. pagos continebat. Ceterae Tenutae erant: Advocatiae (Wojtostwa) Seultetiae (Sołtystwa) 19). Quum vero postea, scilicet anno 1775 collatio omnium horum honorum in Comitiis generalibus regi ademta fuisset, omnia haec bona patrimonium scilicet nationale, sub nomine Dobra Rządowe nota, alio administrata modo, aliis etiam usibus destinata sunt.

Nunc domania, in Regno Poloniae per elocationem administrantur, quorum praecipuam gerit curam, Commissio regiminis reddituum et aerarii (Komissya Rządowa Przychodów i Skarbu) in sectione Universalis Directionis bonorum et sylvarum regni, peculiarii inspectioni Ministri praesidentis demandata.

Munere specialis administrationis bonorum sylvarumque Coronae in quolibet Palatinatu Commissio Palatalinis fungitur, idque in sectione propria, quae inest cuilibet Commissioni palatalinis, Ad Commissionem regiminis reddituum et aerarii spectatis bonis sylvisque nationalibus pertinent. Contractus Tenutarum confirmandi sumptus aedificiorum publicorum ap-

17) Hartknochii Rpea Polonica libr. 2. cap. 4. p. 453.

18) Herburti Statuta Reg. fol. 59. et Hartknoch 543.

19) Lubienscii opera de origine Advocatarum p. 208. 209.— Lengnich Jus publicum Regni Poloniae p. 35. T. I. p. 356.

probandi: alleviationes concedendi; inspectio generalis reddituum e bonis sylvisque regiis; plena de hisce bonis sylvisque cognitio tabellarumque statisticarum; confectio Patorum conclusio, de tributis pro solo perpetuo durandorum. Nec non elocationes haereditariae. — Haec omnia Regis locum tenenti praesentanda et referenda eo dutaxat scopo; ut ab ipsam Cesarea-Regia Magestate confirmentur. Praescibendi modi Oeconomicarum Administrationum juxta normam receptam. Administratio localis in palatinatibus. Peculiaris tutela ruricolarum in bonis publicis commorantium. Omnes lites bona sylvasque nationales concernentes, ope procuraturae generalis, persequendae. Dispositio elargitionis pecuniariae, ad bona sylvasque nationales melioranda. Ligatio et venditio lignorum ordinario vel extraordinario modo. Ad Commissionem palatinatus in sectione bonorum sylvarumque pertinet. Firmatio contractum Tenutarum secundum praescripta a Commissione redditum et aerarii divulganda; item expeditio eorum, ut ab eadem Commissione Regiminis confirmentur. Observatio ut exakte adimpleantur. Singularis tutela ruricolarum in bonis Regis commorantium. Peculiaris cura redditum e bonis publicis sylvisque emergentium. Diligens executio praescriptorum sylvaticorum, tam quoad ordinem in servitio praestandum, quam quoad delicta defraudationesque sylvarum. Omnia ordinationum Commissionis praecipientis adimpleteio. Cura integritatis bonorum sylvarumque; quo ad proprietates fines statumque oeconomicum. Singularis directio contentionum bona, sylvasque publicas spectantium Trimestrium computationum, cum tenentibus bona publica, expeditio. Directio Snnmarum bonis sylvisque publicis palatinatus destinatarum, et a Commissione redditum et ararii

præfixarum. Diligens observatio excisionis lignorum eorumdumque venditio justa secundum universalia praecepta et peculiaria jussa Commissionis Regiminis redditum aerariique publici Commissarius bonorum sylvarumque nationalium est quoque membrum Commissionis palatinatus penes quem est arbitrium voxque decisiva ast solummodo in Administrationem respicientibus. Generalis praefectus sylvarum, et consiliarius juridicus Sessiones universales palatinatus constituant; vocemque decisivam in materia ad eos pertinente retinent. Omnes reditus e bonis sylvisque Coronae provenientes propriis aerariis palatinatus accedunt. Huc spectat potestas Commissionis regiminis redditum et aerarii accedendi ad societatem creditorum cum parte bonorum nationalium dd. 12. (24) Januar. 1826. Lex dd. 5. Julii 1816 definit modum administrandi rem sylvestrem in bonis nationalibus et regiis prescribens: Administrationem sylvarum nationalium et Coronae generali Directori publicarum sylvarum committendam. Ejus est Inspectio generalis sylvarum regiminis, Annuarum lignorum excisionum executio; proponenda opinione in materia primitivarum plantationum ordinandarum; dimensionis sylvarum earumdemque aestimatio; postremo opinio proponenda, quoad universale sylvestre institutum.— Sylvae emolumento rei montanae destinatae, separato praeside sylvarum gaudebunt; cui quoad technicas ordinationes procedendum est secundum universalia præscripta et commissa generalis Directoris nationalium sylvarumquae ordinationes ejus cura directioni rei montanae transmittendae; quo ad emolumenta ex hisce sylvis Praefectus sylvarum directioni rei montanae substitur.

In libera Civitati Cracoviensi bona nationalia per elocationem haereditariam (erbpacht) in utilitatem publicam converant. Senatus consulto od. 1. Januarii 1816 cantum est, ut:

sectioni reddituum publicorum et aerarii, inspectio bonorum sylvarumque aedium nationalium, item Administrationis fodinarum tam aerarii quam privatorum; nec non fabricarum regiminis omnia denique jus domini instituta cultus publici et Academiae spectantia; prosint.

Inspectio specialis bonorum sylvarum aediumque nationalium incumbit Inspectori bonorum nationalium (Intendent dóbr narodowych). Eius est reddere rationem Senatui de statu bonorum, eorum melioratio, denique contractorum elocationis bonorum ineundarum propositio.

III. BONA VACANTIA.

Bona Vacantia caduca dicta fiseo olim cedebant; quod tamen legibus posteriore tempore latis immutatum est; hae enim jusserunt, ne rex bona ad fiscum regium jure caducitatis devoluta sibi retineat, sed aliis bene meritis conferat, Sigismundus III. insuper constituit ne bona nobilium devolvatur ad fiscum regium si absunt consanguinei usque ad octavum gradum inclusive masculi vel feminae. Si vero extraneus aliquis in bonis, nobilium, steriliter decederet, bona ipsius non fisco regio vel regno sed domino fundi cedebant. Denique bona civium non nobilium ad fiscum devoluta rex etiam ignobilibus donare potest.²⁰⁾

Haec forma procedendi Codice Gallico introducto plane mutata est, nam secundum articulum 768 ejusdem Codicis, fisco

20) Hartknoch II. 2. 14. II. 5. 43. II. 6. 14.

cedunt bona, si nec successores ad adeundam haereditatem apti, nec liberi naturales, nec denique coniux extent 21).

IV. COLLECTIO THESAURI.

De thesauris inventis nihil in constitutionibus et statutis regni invenitur, nisi quod Przyłuscius 22) scripsit, thesaurum in fundo proprio a persona nobili inventum totum eidem cedere, quod Constitutio ex anno 1578 firmare videtur. Ubi Stephanus rex utilitates omnes tam internas quam externas, in fundo nobilium repertas, eidem domino perpetuis temporibus attribuit. In statuto quoque Lithuenico id tantum de inventione thesauri refertur; quod inveniens thesaurum in fundo proprio totum acquirit si vero alieno in fundo dimidio inventor, dimidio domino fundi Thesaurus competit 23). Codex Gallicus sequentia de inventione thesauri praescribit: Thesaurum est res omnis, visceribus terrae recondita cuius nemo proprietarius jure ostendi potest, quaeque casu detecta est 24). Hujus propria judicatur qui eam inveniet in fundo proprio si autem alieno in fundo thesaurus reperietur dimidia parte inventor dimidia vero haeres fundi gaudebit.

21) Codex Napoleonis libr. 3.

22) Przyłuscius libr. 3. C. III.

23) Zalaszowski libr. 2. tit. 6. p. 40.

24) Codex Napoleonis libr. §. 716.

monasteriorum invenientia be autoritate esse in eis possit probare
ut etiam eorum emolumenem voluntarii possunt con*spicere*.

V. USUCAPIO.

Quoad Usucaptionem legibus antiquis sequentia invenimus, quod haec respectu bonorum regalium et Thesauri inter serenissimum regum et subditos ex utraque parte non currit sic et Bona nullo jure per fiscum regium adempta quandoeunque vindicari possunt non obstante quavis praescriptione. Quod Constitutione Stephanni regis an. 1581 et Sigismundi III. au. 1588 firmatum est ²⁵⁾). Novissimo jure sancitum est: Regum domanium publica instituta et municipia, iisdem quibus singuli civi praescriptionibus subsunt, et iisdem aequo utuntur ²⁶⁾.

VI. BONA DAMNATORUM.

Bona damnatorum vel proscriptorum confiscationi quoque in Polonia cessise notum est ²⁷⁾.

25) Zalaszowski I. libr. 2. tit. 9. p. 162.

26) Cod. Napoleonis Nro 3. p. 2227.

27) Zalaszowski T. I. libr. 4. tit. 1. p. 713.

VI. COMMISSA.

Quod sint Comissa jam antea de juribus fisci secundum jus Romanum tractantes exposuimus. In Polonia Comissa ad redditus fisci pertinuisse et hactenus pertinere neminem latet. Lex d. 24 Augusti 1824 definit modum procedendi in causis Commissorum statuens. 1. Ut Commissio palatinatus (Komissya Wojewódzka) instructione in ejus modi causis per acta administrativam sententiam proferat, a qua sententia si causa, una cum poena 100 floren. non excedat, nullus recursus locum habet, nisi via gratiae, quod Commissioni regiminis reddituum et aerarii competit. 2. In causis vero 100 florenos superantibus duas statuit Instantias quarum prima est Commissio palatinatus, secunda vero Commissio Regiminis reddituum et aerarii a cuius decisione non datur appellatio, nisi via gratiae ad Vice Regem regni Poloniae. Lege dd. 2 (14) Novembri 1816. Jus Gabellae, inter Regnum Poloniae et Imperium Russiarum sublatum est. In libara Civitate Cracoviensi lex comitiorumi d. 7. Januarji 1820. Regulas dirimendi causas Commissorales praescribit.

VIII. PRIVILEGIA FISCI.

Privilegia fisci Polonici Privilegiis jure Communi expositis non differunt. Addenda hic sunt solummodo sequentia. Exercetur in Polonia species alti eminentisque dominii id est competit in Polonia regimi*n*i jus bona privatorum in usum publicum

convertendi. Quod lege d. 24. Augusti 1816. cavetur casus vero obquas regimen cessionem privatae proprietatis exigit sunt sequentes: Erectio et restauratio viarum publicarum, nec non desumenda materialia e fundo vicino ad ducendas easdem vias, munitio fluviorum omniumque impedimentorum sublatio, institutio canalium navigationi idoneorum conversio locorum ad instituta publica absolute necessariorum, nec non ad erigenda castella et fortificationes. Nulla proprietas privata alto et Emiuenti dominio subici potest, nisi a Commissione propria regiminis proponatur. Necessitatem hujus juris exercitii locum tenens universalis collegio Consilii status proponere obligatur. Quod si necessitas exercendi alti eminentisque dominii agnita fuerit proprietarius hacde re certior fieri debet, ut eligat apta individua e parte sua, quae collatis sententiis cum totidem individuis, aparte regiminis designatis ad effectuationem hujuscjuris accedant. Si vero proprietapraefixo tempore a regimine ad proprias res aestimandas perita individua minime eligeret, aestimatio a solis personis a regimine designatis exequi potest. In decidenda aestimatione periti reflectere debent recentissimos contractus locati, conducti; ultimos contractus empti venditi, vel similium, vel confinium, quantitatem tributorum solutorum; aliasque circumstantias ad aestimationem proprietatis relatas. Si aestimationi huic secundum haec praescripta adhaeserit proprietarius. Regimin statim solvere aestimationem tenetur; tum deinceps habet plenam potestatem bonorum accipendorum solutione vero non praestita exercitium dom: eminent. minime locum habet.— Si proprietarius hac aestimatione peritarum personarum minime contentus esset. Judicium proprium auxiliante regimine aestimationem judiciale decernat; priusquam hoc sequatur pretium a peritis definitum in deposito Commissione.

nis palatinatus custodietur, proprietas vero absque mora regimi traditur. Si vero periti de pretio dissentirent Regimen juxta aestimationem peritorum a se destinatorum Summam praefixam ad Depositum Commissionis palatinatus comportat, ceterum juxta regulas superiores proceditur. Si vero proprietas regimi addicenda debitum onerata vel alicui liti obnoxia fuerit Regimen praetium ad depositum judiciale comportat, ut juxta leges procedatur.

CAPUT II.

ADMINISTRATIO ATQUE FORUM FISCI IN

POLONIA.

Separato aerario Regio ab aerario regni sumptus in militibus, et solutio magistratum — jam non ad regem sed ad Regnum spectabat, ideoque Cancellarii regii, Ministri regni facti sunt. Eorum custodiae insignia regia, acta publica, et aliae opes regni, relieta sunt. Illi usque ad an. 1717. militibus stipendia pendeant. Senatus tamen vel Comitia determinabant illis quantum et quomodo dispensare debebant si itaque plusquam licuit dispensarent ad resarcendum tenebantur. Obligabantur quoque reddere rationes delegationi ex ordine nobilium et senatorio, aequae ac eorum successores.

Aerarium regni illo tempore erat in arce Cracoviensi anno demum 1769. Varsaviam translatum — Lithuaniae aerarium

Vilnæ fuit — Sigismundi III. temporibus gravis mutatio aerarialis introducta est, anno enim 1613. Tribunal thesauri 29) constitutum est ad restantias tributorum exigendas; posteriore tempore saepius erigebatur, atque mandatum illi est discenere in jurias belli tempore a militibus illatas, aliaque militiā spectantia Peragebantur haec judicia Radomiae quotannis 6. hebdomadas praeside episcopo Cancellarii vero aut ipsi aut per delegatum, his judiciis assistebant.— In Lithuania Tribunal hoc Vilnae Minsei vel Novogodii peragebatur quotannis 2. hebdomadas. Anno 1674. novus ordo rerum institutione Commissionum aerarialium Coronae et Lithuaniae introductus est. Cancellarii M. praesides erant, in Commitiis vero majore parte ex ordine equestri minore ex Senatorio, judicies eligebantur.—

Cancellarii nominabant officiales aerariales — qui nobiles esse debebant. — Judicium ver de qualitate adhucve munus electorum nec non de eorum remotione ad Commissionem pertinebat. Cancellarii ac Deputati hujus Commissionis quatuor mensibus in loco, quo Commissario peragebatur (Varsaviae vel Grodno) habitare debebant. Si vero unus ex Commissariis fatiscederet rex ex eodem districtu ac terra, alium nominabat. Commissione aerarialis curabat redditus, statuit mensuras, pondera et alia aerarii objecta. Quamquam vero 1775 pars horum officiorum ad Consilium permanens (rada nieustajca) transiit, plura ei tamen reliquerunt. Praeter haec Commissione aerarialis inspiciebat officinam aerarialem, locabat bona regia jure Emphytheutico. Posteriore tempore debebat referre quoque mense, Consilio permanenti: tenebatur quo-

que reddendas rationes Comitiis. In litibus ex vectigalibus et aliis causis aerarialibus oriundis in ultima Instantia judicabant.— In Ducatu Varsoviensi novus ordo rerum institutus est. Mutata forma regiminis, et introducto Codice Gallico, administratio quoque fisci forum proprium nacta est, Administratio quidem ut autea jus Comitiorum erat, Minister autem aerarii (Minister Skarbu) dispensationem habuit: Quod vero forum attinet, Constitutio Ducatus Varsoviensis art. 65 et 17 novam jurisdictionem administrativam statuit, cuius primam Instantiam, Consilia praefecturalia (rady prefekturalne) Departamentorum 2. vero Consilium status (rada stanu) constituebant. Arti vero 18 statuit quod postea Decreto regio dd. 24 Decembr. 1807 renatum est, quod a decisione Consilii Status appellatio ad regem locum habet. Huc pertinent quoque magistraturae aerariales departamentorum decreto regio dd. 25. Martis 1809 institutae; nam secundum regulas aerariales dd. 1. Octobris 1809 illis jus comptebat judicari de Commissis ab his appellatio nulla nisi ad Ministrum aerarii locum habuit, cui §. 21. jus modificandarum aut tollendarum muletarum 30) competit.

Mutato Statu politico ducatus Varsaviensis nova quoque forma judiciorum fiscalium introducta est.— Constitutione hujus regni decisio de competentia jurisdictionis Consilio status, reservatur lege vero regia dd. 19. Novembr. (1. Decembr.) 1815. forma hujus processus delineata est 31)— Lites jurisdictionem concernentes judiciarias potestates inter et Administratorias, universale Collegium Consilii status dirimit.— Praesides judicij praesidesque Commissionis

30) Dziennik Praw Xięst. Warsz. I. 285.

31) Dz. Praw Król. Pol. T. I. p. 253.

Palatinatus, casus controversiarum de jurisdictione deferre tenentur.— Decreto Vice Regis dd. 20 Februarii 1816, 32) creata est delegatio administrativa (Delegacya Administracyjna) ad hanc pertinet Contentiones emergentes ex parte Conductorum bona Coronæ, nationalium, et aerario restituta, nec non querimoniae, a parte Conductorum in causa oppressionis in via oeconomica confectae. Contentiones e contractibus vel pactis promanantes, quae potestates administratorias inter et Publicanos, vel alios his similes contrahentes conclusæ fuere. Lege dd. 23 Nov. 1815. praescribuntur lites quas dijudicare 33) adhanc delegationem pertinet nempe. Omnes decisiones praefectorialium Consiliorum, sive ab aerario, sive ab utraque parte, ad Consilium status, vel ad supremum consilium relatae, ultima decisione discutiendae delegationi Administratoriae, secundum attributa consilio status competentia. In causis cum Conductibus bonorum regiminis, si lis aerarium inter et Conductorem mutuae computationis causa emanaverit; tunc temporis delegatio rem hanc viae oeconomiae, juxta constitutionem a Vice Rege dd. 20 Febr. praefixam committet.

Lex regia dd. 30 Martis (11 Aprilis) 1817 statuit 34) duas Instantias jurisdictionis administrativae, quarum prima Commissio Palatinatus (Kommissya Wojewódzka) altera vero consilium regni est. Insuper sequentia, lex haec decernit. Contentio a privato individuo ad judicium administratorium, in materiis huic judicio subjacentibus, devoluta nequaquam impedit cursum, nec effectum executioni, via administrativa per-

32) Dz. Praw Król. Pol. T. I. p. 184.

34) Dz. Praw Król. Pol. T. III. p. 176.

ducendae. Omnis contentio publicam inter potestatem aut aliud quodpiam publicum institutum, et personam privatam, de proprietate pertinere ad judicium ordinarium, nec unquam ad judicia administrativa deduci potest Delegatio Administrativa decreto Vice Regis 35) dd. 26 Novembr. 1822 sublata est.

Lites instituta publica concernentes moderantur lege dd. 2. Decembris 1817 36).— Lex vero dd. 18. Julii 1818.— decrevit 37) ut Commissio Regiminis sequentia judicet: Omnes Contentiones summae capitalis, et servitutes causas concernentes fundationes institutorum educationis, Ecclesiasticorum nationalium, aliarumque confessionum, institutorum militarium, nec non fundationum urbium et pagorum in fundo regiminis collocatorum; postremo fundationum Nosocomicorum, sodalitatum misericordiae, et aliorum institutorum publicorum curæ regiminis subjectorum. Omnis Contentio aerarium inter publicum et privatum, neenon institutum inter superiorius dictum, civitates, pagos, in fundo publico sitos, privatamque inter personam ad judicium civile ejusque decisionem pertinet. In Contentionibus ad decisionem Commissionum regiminis, pertinentibus, procuratura generalis exigentibus iisdem Commissionibus suspenditat in scriptis opiniones suas legem respicientes. In Contentionibus vero decisioni judicij civilis subjectis eadem procuratura aerarium publicum defendit nec non Instituta praefata, urbes pagos in fundo regiminis positos, dummodo haec nulli privata contentione subjaceant. In casu necessitatis excipiendi juramenti,

35) Dz. Praw Król. Pol. T. VII. p. 444.

36) Dz. Praw Król. Pol. T. IV. p. 74.

37) Dz. Praw Zról. Pol. T. VI. p. 185.

inquisitionis, testimonii, revisionis; personalis seu aliter exequendae actionis alicujus, delegatus e membris Administratio-
nis designatur, qui tanquam Regiminis Commissarius rem sibi
creditam executioni dat.— Ordinatione regia dd. 29. Sept.
(11 Octobr.) 1816 38). erecta est procuratura generalibus,
cui defensio omnium bonorum publicorum nationalium et
Principis incumbit. Tribunal Palatinatus Masoviensis, tan-
quam 1. Instantia, et Tribunal Appelationis tanquam secunda
Instantia forum privilegiatum constituant omnes processus, de
jure proprietatis, de haereditate immobilium, de finibus, de
hypothecis, de validitate testamentorum perpetuarum funda-
tionum cognoscendi etc. Causae transitoriae, de publicis
proprietatibus ut. Possessoriae, criminales, Politiae corre-
ctionalis, redditusque temporarii in judiciis localibus primae In-
stantiae discutientur. Supremum autem Tribunal ut omnibus
incolis status, ita etiam dirimendis causis, quae publicas pro-
prietates respiciunt est, quoque ad has causas tertia et ultima
Instantia. Publicae proprietates sunt: Bona sylvaeque Coro-
nae; bona sylveque nationales a regimine possessae.— Bona
sylvaeque peculiarii privilegio privatorum in usum concessae.
Bona sylvaeque nationales a Principatu Varsoviae donata-
riis distributae novissime vero regimini restitutae. Summae
conventione Vienensi aerario concessae. Debita omnisque ge-
neris redditus aerario nationali adnexi successionesque vacan-
tes. Bona et capitalia ad fundationem educationis pertinentes.
Bona capitalia, decimae, omnesque fundationes cleri nationa-
lis. Bona, omnesque fundationes urbium; piarum congrega-
tionum, nosocomiorum, institutarumque publicorum.— Fun-


dationes omnium aliarum confessionum. Quousque singula-
ri derecto non indicabitur, quaenam proprietates et redditus
publici nuper dicti via ordinarii judicij quaeve ope adminis-
trationis requirenda sint; Procuratura generalis, invigilare
debet, ne via judiciaria persequantur; utpote: Tributa, con-
teutionesque illis adnexae. Defraudationes, et datuna e syl-
vis profluentia. Reditus bonorum Coronae, nationalium,
nec non illorum quae ad fundationes pertinent.— Reditus e
habitationibus publicis, nec non usurae a capitalibus publicis.
Emolumenta Contractus via Administrationis a Commissione
regiminis vel alio modo cum privatis personis conclusi.—
Emolumenta bonorum nationalium, Coronae et Educationis,
locationum haereditariarum. Reditus aerarii accessorii. Si
igitur causae patrimonium concernentes, quo cumque modo
ad judicium devolvantur, Procuraturae generalis erit, eas
dirigere et publicae defensione erumdem providere. Procu-
ratura generalis suppeditabit defensionem legalem non solum
quo ad jus proprietatis, sed etiam quoad redditus in his solum-
modo causis, quae spectant Coronam, aerarium nationale,
fundationem educationis etc. aliis vero causis, quae respi-
ciunt bona ecclesiastica, urbuimque etc. Procuratura assiste-
re minime tenetur, nisi de jure proprietatis lis vertatur.—
Præter supperius ditas attributiones ad Procurataram genera-
lem pertinentes demandata quoque est eidem instructio Advo-
catis Commissionibus Regiminis in omnibus casibus et mate-
riis publicas proprietates respicientibus necessarium opinionum;
scilicet: legalitatis Contractuum potestates inter Regiminis
privatasque personas conclusorum; legalitatis cautionum alio-
rumque hue pertinentium. Procuratura generalis moderami-
ni Commissionum Regiminis subjacet quibus insciis nihil ag-
gredi nihilque statuere potest. Procuratura generalis ab omnibus


Commissionibus regiminis plenam notitiam expetit (eorum, quæ quamlibet Commissionem concernunt) id est; causarum omnium publicis proprietates respicientium, quorum jam causa vel in judicium deducta vel deducenda est. Procuratura generalis ab omnibus etiam Magistraturis, de causis proprietates publicas respicientibus superius comprehensis pleuam notitiam exiget; ipsaque mutuo de iisdem omnes certiores redere obligatur Procuratura generalis hoc modo certior facta de praesenti statu Contentionum processuumque supra dictorum de iisdem exacta ad Commissiones regiminis pro diversitate circumstantiarum adjunctorumque referet, et cuique Commissioni propriae exhibit; prout continuationes litium pendentium novi processus efformandi, relationi adnectit etiam congrua statuta novos processus respicientia vel continuationem jam pendentium, nec non statuta ad aquirendam auctoritatem necessaria, exactisque commentariis hasce Commissiones Regiminis instruet. Procuratura generalis quolibet semestri omnes immediate subsequentes operationes nec non in posterum emersuras contentiones judiciales et Administratorias, cuique respective Commissioni Regiminis transmittere tenet.— Judicia Palatinatus, unum Tribunal appellationis nec non Tribunal supremum, quin etiam libera civitas Cracovia juris consultos habet, Contentiones de publicis ortas proprietatibus defendantibus.— Jurisconsulti in judicio Palatinatus Masoviensis, in uno Tribunal appellationis inque supremo Tridunali adjunctis supplentibus gaudent. Hujusmodi jurisconsulti a generali Procuratura dependent, nec non vices ejusdem gerunt. Hinc mirum curam causarum publicarum superius dictarum sedulam habent, sive hac via judiciaria sive administrativa agantur. Idem Causidici fideles sunt custodes rerum sibi a Procuratura generali conceditarum; archivi scilicet actorum,

ceterarumque rerum proisque integritate earumdem responsabiles sunt. De omnibusqne quolibet mense procuraturam generalem certiores facient. Praeter defensiones contentium et processuum nuper dictorum, Causidici in judicij Palatinatus constituti, tenetur ad requisitiones Commissionum Palatinatus: Opiniones subministrare easdem dilucidare. In causis tamen gravioris momenti, nonnisi collatis opinionibus cum Procuratura generali id effieunt.

Forum Fisci in libera Civitate Cracoviensi in poenalis Comissa attinentibus Tribunal est: Lites vero privaforum contra fiscum vel instituta, ordinaria judicia prævia cognitione Senatoris junioris, cui art. 14. Constitutionis cura bonorum, institutorum minoreniumque demandata est, dirimunt. Assessor vero judiciarius munere advocati fisci in litibus aerarium, minorennes et instituta respicientibus fungitur.







443387

•KSIEGARNIA•
ANTYKWARIAT



E482626

X.

XXXXXXXXXXXXXX

301

